Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



220

OP Dixi dn̄o ds̄ meus es
tu · exaudi dn̄e uo
cem deprecatio
nis meae ⁊
Dn̄e dn̄e uirtus sa
lutis meę · obum
brasti super caput
meum in die belli ⁊
Nontradas dn̄e de
siderium meum
peccatori · cogita
uerunt contra me ·
ne derelinquas me
ne forte exaltent ⁊
Caput circuitus eo
rum · labor labi
orum ipsorum
operiet eos ⁊
Cadent super eos
carbones · in igne
deicies eos · in mise
seriis n̄ subsistent ⁊
Vir linguosus non
dirigetur in terra ·
uirum iniustū mala
capient in interitu ⁊
Cognoui quia faciet
dn̄s iudicium ino
pis · & uindictam

Repetitio ista · dn̄e dn̄e · affectum pię praedicationis ostendit ⁊ Uirtus enim · a uiriditate dictu est · quae nescit aliquo labore marcescere ⁊ Caput suum obumbratum · sig̃ beatum dn̄i passionem ⁊ qui sic obumbratus est · hoc ē defensus · Ut nec animus eius confusionem · nec caro ipsius corruptionis iniuriam sustineret ⁊ In die belli · quia diabolo uicto inferno fracto · captiui liberati s̄ ⁊

Caput impiorum · est diabolus · qui semp̄ circuit quęrens quem deuoret ⁊ Labor uo labiorū · ē ꝓbatū & aptū ore mendatium · qd̄ semp̄ ē laboriosum ⁊ quō exquisitu machinachinatione formatur ⁊ Ueritas enim sine labore dr̄ · q̄a simplicit̄ ꝓfert ⁊

Uir linguosus est · qui multu inutiliter uerba profert ⁊ qui non dirigitur · q̄a in multi loquio non effugies peccatum ⁊ Iniustus uir est · qui diuinas regulas contemnens ꝓpria uoluptate traducitur ⁊ Illū mala capient · quia semp̄ sibi noxia cogitat · qui p̄ceptu dn̄i declinat ⁊

Dicit enim ecclesia resplendens purissima fide degentibus aduocatu · scām trinitatem ueracissimu uoce confitetur ⁊ Uox enim deprecationis · est puritas orationis ⁊ et clamor ille tacitus · qui ascendit ad dn̄m ⁊

Traditur enim peccatori a desiderio suo quisquis concupiscentias carnis perficit · et diabolo traditur ad possidendum ⁊ Ne derelinquas me · ne exaltentur impii · in perditione iustorum ⁊

OP

Carbones ignis · sunt paenitentiae cruciatus · quod tamen incendium nascitur ex imbre lacrimarum ⁊ In ignem deiciuntur · quando iam flamma caritatis accensi · et feruere scīs operib · incipiunt ⁊ his euenit · ut in miseriis non subsistent · quō iam in bonam partem transferuntur ⁊

Faciat ergo iudicium Inopum · quando in illo iudicatione promissa illis restituit ⁊ et tunc uindicat pauperes · cū eorū p̄secutores · a suo scō separabit regno ⁊